

*etc. Nomina conservatorum Camerae Urbis — N. N. Scriba Senatus.*

Forma demum decretorum expedien. in cooptatione civium nobilium conscriptorum Urbis Romae est quae sequitur: *Kalendis etc. MCC. etc. In aedibus Capitolii — Quod nobiles Romani conscripti N. N. N. N. inquisitores sortito electi, cum magistratibus populi romani verba fecerunt de N. Nobili Romano cum filiis posterisque ejus inter LX. Nobiles conscriptos cooptando, in locum familiae N. pridem extinctae; quod ipsius N. spectata virtus, ejusque familiae antiqua et probata Nobilitas postulare visa est; D. E. R. I. C., uti auctoritas perscriberetur, qua idem N. in numerum LX. Nobilium Romanorum conscriptorum adlegeretur; eoque numero deinceps esset; liceretque ei nobilium conscriptorum privilegiis frui, et publica, eiusdem collegii munia obire; ut ipse, filii, posterique eius omni tempore de patria bene mereri pergant, populi romani nomen augeant, Urbis nostrae utilitates dignitatemque, opera, consilio, fide tueantur — N. N. Scriba Senatus.*

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum constitutionis, ordinationis, adscriptionis, prohibitionis, derogationis, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentissimi Dei, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, pridie nonas ianuarii, Pontificatus Nostri, anno sexto.

Alcune Famiglie Nobili che erano state omesse nelle elencazioni della Bolla *Urbem Romam*, furono reintegrate da un chirografo papale 12 gennaio 1746.

A forma della Bolla suddetta fu allora istituita la Congregazione araldica capitolina e compilato il *Libro d'Oro Capitolino*, che fu rinnovato in più decorosa veste (quale oggi si conserva nell'antico Archivio del Comune di Roma ai Filippini) sotto Pio IX, del quale merita d'essere riprodotto il Chirografo 2 maggio 1853 inteso a riordinare e aggiornare questa materia:

« Il nostro predecessore Benedetto XIV di gloriosa ricordanza nella sua Costituzione *Urbem Romam* del